

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Sebastiani Castellionis Sacrorum Dialogorum Libri  
Quatuor, Quos Postremo Ipse Recognovit: Argumenta  
Singulis Dialogis Praeposuit, Et Sententias Sublicit ...**

**Châteillon, Sébastien**

**Francofurti, 1761**

**VD18 12886300**

Naaman.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-18303**

tus, & mihi istam fœminam. *G.* Te vocat. *S.* Adeo.  
ne per *E.* Recipe jam tuum filium incolumem. *S.* O

*S.* Addivine vir, quas tibi gratias agam pro tanto mune-  
tur ac re? *E.* Deo hoc totum acceptum ferendum est,  
rei est mulier, non mihi, qui per me possum nihil.  
plecti

## SENTENTIA.

*Fides est omnipotens. Suorum preces, quamvis  
imne maxima potentium, exaudit Deus.*

## NAAMAN. 2 Reg. 5.

## ARGUMENTVM.

Naaman Syrus ab Elisæo a lepra sanatus,  
ei gratias agit, & dona offert: Sed quæ  
Elisæus non accipit. Deinde digressum  
Naamane in consequutus Gihezis, Elisæi fa-  
mulus, ab eo pecuniam & vestes aufert per  
mendacium: eamque ob causam ab Elisæo  
reprehensus, fit leprosus.

*Naaman, Elisæus, Gihezis, ministri Naamanis.*  
**R**evertor ad te, Elisæe, & meum tum in Deum,  
tum in te peccatum confitens veniam peto.  
*E.* Quidnam peccasti? *N.* Cum tu per ministrum  
tuum jussisses corpus in Jordane septies immer-  
gere, si a lepra (cujus depellendæ causa veneram)  
sanus esse vellem: primum indignatus sane sum,  
& me tibi despiciatui esse ratus, quod tantum mi-  
nistrum ad me misisses. Nam speraveram te  
ipsum exiturum, & invocato Dei nomine manum  
loco admoturum, & ita morbum sanaturum.  
Deinde indignum mihi videbatur, tantum tribui



vestris aquis, ut cum Abana, aut Parphar, fluterqu  
 Damasci, vestris nihilo deteriores, essent ad mLaud  
 sanandum inutiles, Jordanis tantam habere virsuper  
 putaretur. Itaque abibam ira plenus. Quod niminu  
 mei famuli fuissent me sapientiores, evidertioni  
 medicinam repudiassem. Sed cum illi dicerent  
 absurdum esse, me qui rem quainlibet magnanincl  
 salutis causa facturus essem, a tam parva refugere  
 tentavi, quid possint aquæ Israëlitarum, & me se  
 pties in Iordanem immersi: quo facto, ita sun  
 (ut vides) sanatus, ut non sit pueri corpus nit  
 dius, aut integrus. <sup>a)</sup> Quapropter intelligo jam  
 & confiteor, nullum in toto mundo esse Deum  
 nisi eum, quem vos Israëlite colitis. Itaque pro  
 tam singulari beneficio, quæso te, ut a me inmu  
 sculum hoc accipias. *E.* <sup>b)</sup> Apage sis: ego u  
 munus accipiam? *N.* At ne me repudia. Non  
 equide[m] id facio, quod tibi tantum meritum re  
 metiar: quod neque fieri potest: sed ut hoc me  
 in Deum, & in te grati animi pignus, apud te re  
 linquam. *E.* Istum gratum animum apud te ha  
 beto: dona ne addito. *N.* Atqui. *E.* Ne urge  
 tantopere. Nam (ut tu semel scias) Deum im  
 mortalem juro, cui ego appareo, atque admini  
 stro, me nihil a te accepturum. *N.* Si ita decre  
 visti, nolo improbius instare. Cæterum oro te,  
 ut hinc mihi terræ duorum mulorum onus aspor  
 tare liceat. Nam statui deinceps nullis diis, prter

<sup>a)</sup> Ex operibus suis cognoscitur Deus.

<sup>b)</sup> Veri vates quæ gratis acceperunt, eadem gratis  
 dant.



terquam uni Jovæ adolere, aut sacrificare. **E.**  
Laudo: asportato sane. **N.** Præterea est aliud,  
super quo te velim consulere. Solet meus do-  
minus, quandocunque in ædem Remonis, adora-  
tionis gratia, comineat, meis humeris inniti: eo  
inclinante se, non possum quin me quoque incli-  
nem. Eam mihi rem Jova ignoscet, opinor. **E.** Ita.  
Abi cum bona pace. **G.** Hem parsit dominus  
meus accipere oblata sibi ab isto Syro munera?  
At mihi ita sit Jova propitius, nisi eum cursu con-  
sequor, aliquid accepturus. Immunis ut abeat  
tam dives homo, tanto affectus beneficio, non  
convenit. **N.** Religioni habeo, nihil ei dedit.  
Sed videone ejus famulum huc cursu contenden-  
tem? ipse est, quantum ex incessu conjicio. **G.** E-  
currens desilit & mihi procedit obviam. **N.** Salva-  
ne omnia, puer? Pax, te tribus verbis volo. Modo  
ad herum meum venerunt duo de vatum genere  
juvenes, e monte Ephraimitarum. Ea de caussa  
rogabat herus, ut mihi ad eos argenti talentum  
des, & duas vestes de splendidioribus. **N.** Ino-  
vero duo talenta auferas: atque utinam plura vo-  
luisses, libenter dedissem. **G.** Non est opus. **N.**  
Ne dubita accipere, erit aliquis eorum usus. Vos  
colligate hoc argentum in duobus fiscis: addite  
has duas vestes. Vos duo præferte ei has farci-  
nas. Jubeto tuum herum meo nomine falvere  
plurimum. **G.** Faciam: Vale. **N.** Et tu. **G.** O.  
me felicem, cui res tam bene succedunt. Ite  
hac juvenes, sequimini me per hoc obscurum  
ostium: deponite hic farcias. Jam mihi nihil  
opus



opus est vestra opera, quod reliquum est, ipse facile per me perficiam, Abite. *M.* Vale ergo. *G.* Valete vos quoque. Nunc res mihi bene gesta est, abscondam hic hunc thesaurum, ubi eum nemo præter me sciat. Sed iam, ne meus herus aliquid suspicetur, si nimis diu absim, offeram me ei. *E.* Unde noster Gihezis? *G.* Nusquam equidem ivi. *E.* At etiam audes velle mihi verba dare? quasi ego non una animo adfuerim, cum homo de curru revertit tibi obviaim. c) Hoc cine tempus est accipendorum ullorum munera? improbe a te factum. Itaque pro isto tuo peccato, lepra, qua liberatus est Naaman, in te & in tua progenie in posterum hærebit.

## SENTENTIA.

*Bona spiritualia plerumque aspernatur mundus, quia splendore carent: Et apparatu mundano. Ne famulorum quidem consilium contemendum est. Sæpe etiam est olitor valde opportuna loquitus. Dona spiritualia non emuntur precio carnali. Avaritia mendaces facit Et homines in miseriam præcipitat. Dei spiritum latere frustra coneris.*

## HAZAE L. 2 Reg. 8.

## ARGUMENTVM.

Hazaeli percontanti prædictit. Elisæus mortem Benadadi regis Syriæ, & insuper ipsius Hazaeli regnum, & fævitiam erga Israelitas.

Hazaël,

c) Est tempus accipendi munera: est & repudiandi.

